UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Sanitas

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

Sanguis in infante eſt tenuis, & aquoſus, in iuuene eſt acutioris caliditatis: in ætate virili eſt conſtans bonæ diſpoſitionis: & in omnibus his ætatibus eſt multus ſanguis; in ſe autem paucus, ſpiſſus & niger. *Idem, ibid.*

Sanguis tactum nullum in genere ſentit, vt excrementa in aluo contenta ſenſu carere certum eſt. *Ariſt. hiſt. an. 3. c. 17.*

Sanguis copia in primis animalibus his eſt, quæ animal & intra ſe formant, & in lucem edunt, mox iis ſanguineis, quæ oua pariunt. *Idem, ibid.*

Sanguis omnium animalium palpitat inter venas, pulſuſq; ſimul vndiq; mouetur ſolus omnium humorum ſparſus per totum corpus animalium, & ſemper quandiu animas feruet. *Ibid. c. 19.*

Sanguis facile in corpore concreſcit ſentibus, quod non venit iuuenibus. *Idem, ibid.*

Sanguis tactu calidior eſt, quam aqua, aut oleum eſt, ſed celerius congelaſcit. *De part. an. 2. c. 1.*

Sanguis taurorum omnium celerrime coit & dureſcit, ſed ſi fibras detraxeris, ſanguis non coit. *Ibid. c. 4.*

Sanguis materiæ rationem obtinet, ſemen vero cauſæ affectiuæ. *Io. Gram. in 2. de gener. & corr. tex. 58 cor. 47.*

Sanguinem menſtruum habere virtutem generatiuam, ait. *Ariſt quod & Galen. concedit. Aue. 1. de gener. an. c. 20.*

Sanguis fluxus ab hæmorrhoidis eſt innaturalis, propter connaturalitatem tamen ſanguis ad ſperma raro nocturno ſomno polluntur, & parum ſpermatizant, qiubus fluunt hæmorrrhoide. *Alb. Mag. de an. l. 15 tr. 2. c. 7.*

Sanguinem habere, & non habere, non eſt cauſa longioris, vel breuioris vitæ. *Idem de mor. & vi. tr. 2. c. 5.*

Sanguine è naribus fluente nonnullis aquam frigidam in faciem fundimus, quia calor ita intus ſe colligit, & circum obſiſtit, quod ſanguinem ſuum reddit liquidiorem. *Ariſt. prob. ſec. 33. n. 6.*

Sanguinis humor feroc[illegible]s mitis eſt. *Plat. in Tim.*

Sanguis ſpiritui ſeruit, ſpiritus ſenſibus, ſenſus rationi, & fit ſanguis à virtute naturali, quæ in iecinore & ſtomacho viget. *Fic. de ſtud. ſan. tuend. l. 1. c. 2.*

Sanguis purus extrahitur oriente ſole, cholericus in meridie, melancholicus in occaſum, phlegmaticus in medio noctis, prius poſito clyſtere, ſumpta die præcedenti aliqua medicina non ſolitiua: & Galenus & Auicenna quanto magis exercuere medicinam, tanta ſemer timidiores circa phlebotomiam ſunt facti, quia plus trahit phlebotomia ex naturali & bono, & ex ſpiritibus, quam ipſa medicina, & minus temporis concedit ad diſcernendum malum ſanguinem à bono. *Fic. in epid. antid. c. 6.*

Sanguis in ſe neceſſario habere debet pituitam, bilem, & atram bilem, tum ad ipſius temperamentum, tum ad membrorum his ſimilium nutrimentum. *Fic. in Plat. Tim. c. 8. 7.*

Sanitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SAnitas, bona valetudo, i. e. ſtatus corporis actiones ſuas probe obeuntis: Græc. *ὑγεία*: Hebr. *Rephuah, Riphuth, Marpe*, id eſt, medicina, remedium, ſanitas, medela, à verbo *Rapha*, ſanauit, medicatus eſt, curauit morbum. Cognationem habet cum *Rapha*, remiſit, nam curando & ſanando morbus fit remiſſior. Φαρμακεύω, medeor.

¶ BIBLICI LOCI.

Sanat Deus animas, *Deut.* 32. 39. *Iob.* 5. 18. *Pſalm.* 103. 3. & 147. 3. *Prou.* 28. 25 *Eſa.* 6. 10. & 19. 22. & 30. 26. & 57. 18. 19. *Ierem.* 3. 22. & 17. 14. & 30. 17. *Oſe.* 6. 2. & 14. 5. *Matth.* 13. 15. *Ioan.* 12. 40. *Act.* 28. 27.

Sanat corpora, *Gen.* 20. 17. *Num.* 13 2. *Reg.* 5. 8. *Pſal.* 10. 3. 3. & 107. 20. Sanat aquas, 2. *Reg.* 2. 21. Sanat terram, 2. *Chron.* 7. 14. *Pſalm.* 60. 4.

Sanat Chriſtus animas, *Eſa.* 53. 5. *Luc.* 4. 18. 1. *Pet.* 2. 24. Et corpora, *Matth.* 4. 23 & 21 4 *Marc.* 3. 10 P. *Luc.* 6. 19. 11 *Act.* 9. 34.

Aquæ myſticæ ſanatæ, *Ezech.* 47. 8. 9.

Sanitas corporis, *Pſalm.* 38, 4 *Prou.* 14. 30 & 16. 24 *Matth.* 12. 13, 1. *Cor.* 12, 9.

Senitas ſpiritualis, Salus: *Prou.* 3. 8 & 12. 18 & 13, 17 *Eſa.* 1, 6 & 58, 8 *Ierem.* 14, 19 & 31, 6 & 46 11 *Malach.* 4, 2 *Apoc.* 22. 2.

Sanitas pro priſtinæ conditionis, dignitatis & roboris amplitudine, *Ezech.* 30. 21.

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Sen. Hipp. Act. 1.

Precor furorem ſiſte, teque ipſam adiuua.
Pars ſanitas, velle ſanari fuit.

Ouid. de Liu, de morte filii.

Heu mihi: quam facile eſt, quamuis hoc contigit, omnes,
Alterius luctu fortia verba loqui.

Ter. Heaut. 15.

Nonne id flagitium eſt, te aliis conſilium dare.
Foris ſapere, tibi non poſſe auxiliarier?

Idem Andr. 2. 1.

Facile omnes, cum valemus, recta conſilia ægrotis damus.
Tu ſi hic ſis, aliter ſentias.

Horat. 1. Epiſt. 2.

Si ventri bene, ſi lateri eſt, pedibuſque tuis: nil
Diuitiæ poterunt regales addere maius.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHORVM.

Dignitate, & tempore ſanitas morbum præcedit, eſſe autem oſtendimus, ſimilarium, quas vocant, partium ſanitatem, calidi, frigidi, humidi & ſicci ſymmetriam, id eſt, conuenientiam inter ſe quandam eſſe: inſtrumentalium vero ſimilarium ipſarum compoſitione, numero, magnitudine, figuraq; conſtare.

Primum ad præſentium contemplationem pro hypotheſi praeſumptum eſto: ſanitatem non eſſe abſolute elementorum, ex quibus conſtamus temperamentum (quam ſymmetriam appellant, quemadmodum omnibus fere, qui ante nos ſcripſerunt, viſum eſt) ſed eam duntaxat, quæ ſimilarium eſt partium. *Deinde* inſtrumentalium ſanitatem in figura, numero, magnitudine, ac compoſitione ſimilarum conſiſtere. *Tertio*, functionibus ſecundum naturam obeundis ſanitatis habitum diſcerni. *Poſtremo* ſanitatem quandam optimam eſſe, & (vt ſic dicam) conſummatam, atque ſummam quandam, ceu deficientem ab hac, nec plane abſolutam perfectiue, atque hanc etiam latitudinem habere non paruam. *Galen. de ſanitate tuenda, l. 1.*

Sanus homo, & qui bene valet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet, ac neq; medico, neq; alipta agere: hunc oportet varium habere vitæ genus, modo ruri eſſe, modo in vrbe, ſæpiuſque in agro, nauigare, venari, quieſcere interdum, ſed frequentius ſe exercere: ſiquidem ignauia corpus hebetat, labor firmat: illa maturam ſenectam, his longam adoleſcentiam reddit, prodeſt etiam interdum balneo, interdum aquis frigidis vti, modo vngi, modo idipſum negligere: nullum cibi genus fugere, quo populus vtatur, &c. *Cornel. Celſ. l. 1. c. 1.*

Sanitas autem non conſiſtit in indiuiſibili: id apparet primo, de ducentibus in diuerſa membra, quorum non eſt eadem ſanitas, cum conſtet habere diuerſas ſanitates, quod rationi etiam conuenit, eo quo habent diuerſas operationes, quæ omnia arguunt diuerſam ſanitatem. *Galenus tertio de Morbo.* Siquidem ſanitas diſpoſitio [illegible] factiua actus, atque hoc idem patet in conſideratione diuerſarum ætatum.

Alcmæon aſſerebat, continentem ſanitatis cauſam in æqualitate facultatum ineſſe, nempe humidi, ſicci, calidi, dulcis, & [illegible]rum. Vna autem eſt ipſis præpollente, morbum fieri.

Sanitas eſt vna bona diſpoſitio corporis humani, per quam [illegible] vel patitur actionem vel paſſionem ei debitam ſecundum naturam abſque notabili læſione: atque hæc diſpoſitio eſt primum in membris homogeneis, vt in oſſe, & carne, & conſimilibus, & eorum commenſuratio in quatuor primis qualitatibus, puta in calido, frigido, humido & ſicco: ſecundo eſt in membris heterogeneis, ſeu officialibus, puta in manu, pede, cerebro & corde. *Magnus medicus Mediolanenſis author eſt.*

Nihil ſalubre eſt, niſi quod toto anno ſalubre eſt. *Plinius [illegible] lib. 18.*

Animalia omnia noſcunt ſibi ſalutaria, præter hominem. Salutis argumentum placidi mores. *Idem l. 27.*

Optimum bene valere: ſecundum, formoſum eſſe: tertium, diuitias habere nulla fraude quæſitas.

Bona valetudo maxime diuinum, ſuauiſſimumque eſt condimentum.

Pauca voluptati debentur, multa ſanitati.

In vniuerſum præcox effugiatur Venus, ſi ſanitate ſecunda [illegible] exoptes.

Corpus requirit, ne famem, ne ſitim, ne frigus patiatur. *Aeſ. Pythagoricus.*

Τὴν ὑγείαν, ἥδυς μακαριώτατον εἶναι καὶ προσηνέστατον.

Sanitatem, ait, maxime diuinum longeque blandiſſimum eſſe condimentum. *Plut. in ſalubribus præceptis.*

Expendere non oportet, num recens ſit piſcis, num panis [illegible]nis, num caleat balneum, num formoſum ſcortum: ſed ſi [illegible] quis conſideret, faſtidioſuſne ſit, aut parum tranquillus aut [illegible]cidus, aut perturbatus. Quod ni fiat, non ſecus ac ſi comeſſatores ebrii in ædes itrumpant luctu funeſtas: nihil hilaritatis neque voluptatis ſint allaturi, quin eiulatum potius excitabunt: [illegible] etiam Venus, obſonia, balnea, vinum, ſiquidem in corpore [illegible]le præterque naturam affecto miſceantur, his etiam humoribus qui non certum vitium, aut corruptionem accceperunt, phlegma bilemque mouent, exagitant, magis ac magis excitant. [illegible] exacta quidem illa, & vehementer ad vnguem, vt dici ſolet, obſeruata vitæ ratio, ſimul & corpus formidoloſum reddit, ac periculis obnoxium, & animi frangit vigorem & alacritatem, [illegible] omnia negotia refugit, dumque non audet, nec in voluptatibus nec in laboribus verſari, cum omnem rerum adminiſtrationem ſuſpectam habet, nec quidquam confidenter & intrepide aggreditur. Verum oportebit corpus non aliter quam naturæ [illegible] neque contrahere ſereno cœlo, neque vehementer premere [illegible]

…ſis laxatis vti linteis & negligenter ac ſupine agere, cum ſu… intempeſtatis, ſed obſequi conueniet, ac leue corpus redde… …de non in cibis ſolum & exercitationibus conueniet obſerua… …us, num præter ſolitum illis grauatim & illibenter vtatur: …ra, num ſiticuloſius, magiſve famelicum ſit, quam con… …: ſed etiam illud obſeruandum erit, ſi quando ſomnus nec …ſus fuerit, nec Placidus, ſed inæqualis & interruptus. Quin …e inſomniorum etiam abſurditatem conueniet annotare: …nefaria & inſueta viſa occurrerint, aut craſſis humoribus ple… …orpus, aut ſpiritus intus turbatos declarant. Quin & animi …tiones indicant, corpus ad morbum eſſe propenſum. Nam ſæ… …quoſdam triſtitia, nullam ob cauſam idoneam ſuborta, …terius repente ſpes extinguens: idque cum nihil appareat. cur …endum. Redduntur autem & iracundi, ſic vt facile com… …antur, & rem quamlibet leuem indoleant: lachrymantur ac …tur, quoties mali vapores & exhalationes amaræ condenſatæ, …circuitus (vt inquit Plato) præpediunt, occupantque. Vnde …e dicitur, non ſatiari cibo, non refugere laborem, ſeminis …tiam conſeruare, hæc tria ſaluberrima eſſe. Nam inconti… …ca Venerem, dum vires maxime reſoluit, per quas ali… …m elaboratur, magis excrementa & plenitudinem auget. Corpus requirit, ne famem, ne ſitim, ne frigus patiatur. Py…

…rates monebat, vt cauerent ſibi homines à cibis, qui non eſu… …ad edendeum: & à potibus, qui non ſitientes ad bibendum …

…emi quidem & fortiori exercitatione, & pleniore cibo vten… …, præcipue ſi tempeſtas aquilonia fuerit: ſi vero auſtralis, ſi… …exercitari oportet, ſed cibo potioniq; aliquid demere, atque …m per tempus humidum, omnino aridum reddere corpus: …gidum vero, calidius, ac tum carnes eſſe, oleraque calidiora, …num bibere meracius, Aduentante vere alius quidem per …m, alius per ventrem vacuetur, alius ſecta vena ſanguinem …, prout cuiuſq; fuerit vel conſuetudo, vel animi promptitu… …ſtate confert quies, exercitatio remiſſior, atque cibus exigu… …quidem ex frigidiore genere deligendus eſt: tum vero po… …ducere, atque quicquid refrigerare humectareque poſſit, ad… …oportet. Per autumnum maiori cautela opus eſt; quippe qui …que & inæqualis & inordinatus eſt, multiformeſque in… …morbos: itaque ne circa refrigerationem quid peccetur ca… …eſt: à Venere quoque & frigida potione abſtinendum: …ero acri quis ſe credat: vel per matutinum frigus, vel per ar… …meridianum: pomis impleri noxium eſt, non ob ſatietatem …, verum etiam quoniam vitioſi humores inde naſcuntur, …ſitum quoque excitant, ſi quidem omnium fructuum opti… …vuaque, & flatum pariunt, & alimenta corrumpunt, niſi …os cibos aſſumantur, præſumpti vero neque inflant, neque …punt: quum frigeſcere cœpit aer, corpus pro frigoris ratio… …facere oportet, atque omnia facere, vt cum hyemis iam pro… …; nec ab re fuerit, reuoluto æquinoctio, vacuare corpus ex …orum, quæ diximus, ne redundantia quædam per hyemem …molеſtiam inferat. *Paulus Ægyneta de victus ratione quo… anni tempore vtenda.*

De Sanitate reſtituta: DIAL. IV.

Franciſci Petrarchæ.

GAVD.

…nga ægritudine liberatus gaudeo. R. Gratiorem fateor ſanita… …tam, quam retentam, Ingratiſſimi mortales bona veſtra …ter quam perdendo cognoſcitis, & perdita ergo vos cruciant, …perata lætificant. G. Grauiſſima febris me deſtituit. R. Gra… …mas febres medici dicunt, quæ ipſis in oſſibus & medullis æſtu… Quanto illæ ſunt grauiores, quæ in anima intus latent, his te …me liberatum velim. G. Aegritudo abiit. R. Aegritudo præ… …ſæpe profuit, dum debilitatis viribus corporis, animæ ſanita… …peperit. Conſequenter igitur & digreſſa nocuit, & animæ lu… …minuit, & corporis auxit inſolentiam quamuis mala, quã… …peſſima ægritudo videatur. Optabile malum, tamen quod mali …medium ſit maioris. G. Tandem ægritudo longior finem habet. … O ſtultiſſime: ſic tu reris mortem effugiſſe, ad quam curris aſſi…: nunc propinquior morti es, quam dum illi contiguus videba… Irremeabile vobis eſt iter, neque vlla eius in parte ſubſiſtitur, …diuerſorium, neque lentior vſque greſſus, & ſomnus, & vigi… & labor, & requies, & morbus, & ſanitas, æque ſunt gradus ad …. G. Ancipiti ægritudine abſolutus ſum. R. Creditricem …infallibilem, diluta ſolutionis dies eſt, ſed non caſſa ratio. …es ægrotare iterum & mori.

¶ APOPHTHEGMATA.

Pythagoras dicere ſolebat, tria à Diis præcipue petenda: For…, Diuitias, & bonam Valetudinem: eo quod homo cætera ſibi …ſtare poſſet. Quanquam ὑγιαίνειν non tam ad animi ſanitatem, …am ad corporis, referri poſſit. *Eraſ. Roter. l. 8. apoph.*

Idem Ad ſanitatem corporis tria neceſſaria eſſe dicebat, videli… …Famem, ne Sitim, ne frigus patiatur. *Stob.*

Thales interrogatus olim, quiſnam felix eſſet? reſpondit, Qui Corpore ſanus eſt, Animo autem eruditus. *Laert. l. 1. c. 1.*

Socrates monebat, vt cauerent ſibi homines à cibis, qui non eſurientes ad edendum: & potibus, qui non ſitientes ad bibendum alliciunt, *Stob. ſerm. 99. de ſanitate, &c.*

Gorgias interrogatus, quonam vſus genere victus in tantam ſenectutem eſſet progreſſus? Nihil vnquam voluptatis gratia ſe aut comediſſe, aut feciſſe dixit. *Eod. ſerm.*

Hippocrates quærenti conſilium de ſanitate tuenda reſpondit: Σίτια, ποτὰ, ὕπνοι, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια. id eſt. Cibi, potus, ſomni, Venus, omnia moderata ſint. *Eod. ſerm.*

Alcmæon aſſerebat, continentem ſanitatis cauſam in æqualitate facultatum ineſſe: nempe, humidi, ſicci, calidi, amari, dulcis, & reliquorum. Vna autem ex iipſis præpollente morbum fieri. *Stob. Ibidem.*

Plutarchus. Optime dictum eſt, inquit, non ſatiari cibo, non refugere laborem, ſeminis ſubſtantiam conſeruare: hæc tria ſaluberrima eſſe, &c. *In præceptis de ſanitate.*

Diogenes ſtomachabatur in eos, qui pro bona valetudine ſacrificarent, & in ipſo ſacro epulis immodicis ſemet ingurgitantes, facerent bonæ valetudinis iacturam. *Laert. l. 6.*

Idem dicebat, ſe mirari ſeruos, qui quum viderent dominos plus æquo voraces non illis eriperent cibos. Nam hoc eſſe dominorum valetudini conſulere: & ſeruis magis conuenit edacitas. *Laert l. 6.*

Democritus dicere ſolebat, homines precari quidem à Deo valetudinem, cuius tamen vim in ſemetipſis neſciant Dum enim inordinate viuunt, ſuæ ipſi valetudinis ſunt proditores. *Max. ſerm. 27.*

¶ SIMILITVDINES.

Thriueri. Iniucundus artifex, qui faberrimis inſtrumentis parum fabre vtitur: peior eſt, qui ſanitate inſolenter fruitur. *In apophthegm.* 114.

Eraſmi Roterodami. Olim in Capitolio certabant quadrigæ Latinis feriis, victor abſinthium bibebat: Ita ſalubria magis quærenda ſunt, quam iucunda. *In Sim.*

¶ PROFANA EXEMPLA.

Perſæ propter exercitationes pueriles modicas eam ſunt conſequuti corporis ſiccitatem, vt neq; ſpuerent, neq; emungerentur, nec ſufflato corpore eſſent, inquit *Varro ex Xenophontis lib. 1.* παιδείας. *Victorius. lib. 10. c. 15.*

Inds incolumitatem exercitio quærunt, & perfrictionibus. Adhibentur ſtrigiles præcipue corporum expolitioni, in qua deprehenduntur curioſiores. *Cal. l. 18. c. 31. A. L.*

M. Cato corporis conſtitutionem laboribus ſuis, ſobrio victu, & expeditionibus, in quibus à prima ætate adoleuit, per quam parauit habilem, ad robur & ſanitatem iuxta comparatam. *Plutarch. in Cat.*

Apud indos propter vitæ frugalitatem, & vini abſtinentiam, aut morbi non ſunt, aut ſi qui ſunt, eos ſophiſtæ curant. *Strab. l. 15.*

Singulis menſibus triduo purgant ſe Aegyptii, vomendo atque inteſtina diluendo, gratia ſanitatis conſeruandæ: exiſtimantes, omnes languores hominibus creari ex cibis. *Her. l. 2.*

M. T. Cicero. haud temere ante occaſum ſolis accumbebat, non tam diſtrictus occupationibus, quam valetudinis cauſa, ob ſtomachi imbecillitatem. Fuit alioquin in corporis cura curioſus & nimius: vt ad certum numerum frictionibus, & ambulationibus vteretur. Ad hunc modum habitum validum & firmum ad labores conſeruauit. *Plut. in Cic.*

Veſpaſianus Imp. valetudine proſperrima vſus eſt: quamuis ad tuendam eam nihil amplius quam fauces, cæteraque membra ſibimet ad numerum in ſphæriſterio defricaret, inediamq; vnius diei per ſingulos menſes interponeret. *Sueton.*

Hadrianus VI. Pontif. per ſe cibi parciſſimus erat, & in tuenda valetudine apprime diligens, & moroſus, tanta horarum definitione: vt denuntiante architriclino, paratas eſſe epulas, vel maximarum rerum colloquia protinus abrumperet. *Iou. in Hadr. VI.*

In Taprobana Inſula longiſſimam vitam ſine vllo languore traduci. Artemidorus teſtatur apud Plinium. *lib. 7. c. 2.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Pentagonum ſalutis vel ſanitatis Symbolum fuiſſe teſtatur Lucianus eo in libello, in quo agit de quodam, qui lapſus erat inter ſaltandum: cuius rei origo talis commemoratur. Antiochus is, qui Σωτὴρ cognomento dictum eſt: quum aduerſus Galatas pugnaret, nec ſatis ex ſententia res ſuccederet, eſſetque in diſcrimine: per quietem vel vidit, vel ſe vidiſſe ſimulauit, vt militum animos in ſpem erigeret: Alexandrum Magnum ſe monentem vt ſalutis ſymbolum aſſumeret, idque pro teſſera tribunis daret, eorumq; veſtibus inſueret: ea re fore, vt victoria potiretur. Symbolum autem illi huiuſmodi oſtendiſſe: Triangulum triplicem inuicem inſertum ex lineis quinque conſtantem, in quibus Ὑγίεια ſcriptum erat: ſic enim ſalus ſanitaſve Græce appellatur: Vnde & hoc ſignum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

gnum in veteribus Antiochi numis adhuc cernitur, quod ſignum mathematici à quinq; angulis. *Pentagonum* vocant. *Erud. quidam. l.2. Hieroglyph. p.583.C.*

Vide Medicus, Morbus, Mors, Vita.

Sapientia.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

SApientia, Græce σοφία, ας ἡ & σοφὸς, ȣ̃, ὁ, ſapiens dicitur. Hebr. Sapientia. *Chochmach* dicitur, à verbo *Chacham*, Sapiens fuit, ſapuit mente, ſapienter egit.

Eſt autem ſapientia multarum & mirabilium rerum ſcientia. *ſecundum Ariſt. lib. Rhetor.*

Sapientia eſt cognitio primarum & altiſſimarum cauſarum. *ſecundum Ariſt. lib.1. Metaph.*

Sapientia eſt ſcientia ſempiternorum. *ſecund. Alpharab. lib. de diuiſ. philoſoph.*

Sapientia eſt rerum diuinarum & humanarum ſcientia cognitioque, quæ cauſa cuiuſque rei ſit, ex quo efficiatur, vt diuina imitetur, humana vero omnia virtute inferiora ducat. *ſecundum Cic. lib.4. Tuſc.4.*

Sapientia, qua formaliter ſapientes ſumus, eſt quædam participatio diuinæ ſapientiæ, quæ eſt Deus. *ſec. B. Thom. ſecund. Sec. quæſtio.23.*

Omnis ſapientia eſt ſcientia, in quantum eſt de concluſionib ſed differt à cæteris ſcientiis, in quantum eſt de principiis. *ſecund. B. Thom prima ſecund. q.57. art.2.*

Sapientia à ſcientia differre videtur; quia ſapientia eſt rerum diuinarum cognitio: ſcientia vero humanarum. Quare Auguſt. *ſuper 1. ad Corinth. cap.* 12. ait: Sapientia eſt in contemplatione æternorum, ſcientia vero in occupatione temporalium. Idem Auguſtin. *libr. de Trinit.* Hæc eſt ſapientiæ & ſcientiæ recta diſtinctio, vt ad ſapientiam pertineat æternarum rerum cognitio intellectualis, ad ſcientiam vero temporalium rerum cognitio rationalis.

Sapientia à ſapio dicitur, quod eſt recte ſentio. Et qui eam profitentur, σοφοὶ, hoc eſt, ſapientes appellantur, quo nomine illi ſeptem clariſſimi viri vocati ſunt: ſcilicet *Thales Mileſius, Solon Salaminius, Chilon Lacedæmonius, Pittacus Mitylenæus, Bias Prinæus, Cleobulus Lyndius, Periander Corinthius.* Sed poſtea Pythagoras primus non ſe ſophum, ſed philoſophum appellauit, hoc eſt, non ſapientem, ſed ſapientiæ amatorem. Ita ſcientiam ipſam non ſophiam, ſed philoſophiam nuncupandam exiſtimauit, quoniam nullus hominum ſapiens eſſet, quod ſoli Deo contingit.

¶ LOCI BIBLICI.

Sapiens pro aſtuto, 2. *Sam.* 14.2. ſapientis & ſtulti collatio, *Eccleſ.* 6.8. ſapiens audit conſilia, & gaudet argui, *Prou.* 13.1. & 25.12. ſapiens vir artificioſus, *Exod.* 28.3. & 35.10. ſapientes in bono, *Rom.* 16.19. ſui amantes, *Prou.* 16.12.

Ne ſapiamus alta. *Rom.* 11.20. quomodo ſapiendum, 12.3. vt ſapiant Iudæi, optat Deus, *Deut.* 32.19.

Sapientia vera quæ, *Iob.* 28.28. *Pſalm.* 107. & 111.10. *Prouerb.* 1.7. & 28.7. *Eſa.* 14.10. *Ierem.* 9. 23. 1. *Corinth.* 1.31. 2. *Corinth.* 10.17. *Rom.* 16.19. *Epheſ.* 5.15. *Philip.* 1.19. *Col.* 1.28. & 4.5. *Hebr.* 8.11. *Iac.* 1 5. & 3.17. ſapientia vera donum Dei, 1. *Reg* 3. *verſ.* 9.12. & 4.29. 2. *Par* 9.23. *Prouerb.* 2,6, *Dan.* 2. *verſ.* 20,21 *Iac.* 1,5. ſapientia iuſtificata, & a quibus, *Luc.* 7.35. ſapientia fortitudini præſtat, *Eccleſ.* 9. *v* 16. 18. ſapientia nulla contra Dominum, *Prou.* 21, 30. ſapientia carnis damnatur, *Roman.* 8,7. ſapientia mundi huius vana, & mera ſtultitia, ideoque fugienda, *Iob.* 5,13, *Prou.* 3,7, *Eſa.* 44.25, *Ierem.* 4,22, *Rom.* 1,22, & 18,25, & 12, v, 36, 1, *Cor.* 1, & 9,20, & 2, *v.* 5,6, & 3,19, 2, *Cor.* 1,12, *Iac.* 3,15, ſapientia ſermonis, pro eloquentia, 1, *Cor.* 1,17, ſapientia terrena, animalis, & diabolica. *Iac.* 3,15.

Sapientiæ veræ præſtantia, *Prou.* 3, v. 11,14, & 8,12, & 16,16, *Iacob.* 3. 17. ſapientiæ contemptus mors eſt, *Prou.* 8,36, ſapientiæ diuinæ origo, proprietas, laus, & vtilitas. *Deut.* 4,6, & 29,9, *Iob.* 28,20, & 32,7, *Ecceleſ.* 7,12, & 5,13. *Sap.* 6,13, & 16,7, &c. & 8,1, &c. 9, 10, *capitib. Eccl.* 1,1, & 3. *verſ.* 1,31, & 4, *v.* 12,28 29, & 21,12, & 44,1, &c. 39,14. *Luc.* 21. 15. *Rom.* 11,33, 1, *Cor.* 1,17, & 26, & 3,19, *Col.* 2,3, *Iac.* 3. & 3,15, ſapientiæ initium timor Domini, *Pſalm.* 110,10, *Prou* 1,7, ſapientiæ & ſtultitiæ diſcrimen, *Eccl.* 2,13.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Sapientia diuina.

Eſt in illa ſpiritus intelligentiæ ſanctus, vnicus multiplex. *Sapient.* 7.

Omnibus mobilibus mobilior eſt ſapientia. *Ibid.*

Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis, & ingreſſus illius mandata æterna. *Eccl.* 1.

Ego ex ore Altiſſimi prodiui primogenita ante omnem creaturam. 42.

Qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. 1. *Cor.*

Vera à Deo acquiritur.

Quia poſtulaſti verbum hoc, & non petiſti tibi dies (ait Dominus Salomoni) multos, nec diuitias, aut animas inimicorum, ſed poſtulaſti tibi ſcientiam ad diſcernendum iudicium [illegible] feci tibi ſecundum ſermones tuos. 3. *Reg.* 3.

Sapientia vbi inuenitur, & quis eſt locus intelligentiæ? [illegible] ſcit homo pretium eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium. *Iob.* 28.

Trahitur ſapientia de occultis. *ibid.*

Super inimicos meos prudentem me feciſti. *Pſalm.* 118.

Timor Domini principium ſapientiæ. *Prou.* 1.

Fili mi, ſi ſuſceperis ſermones meos, & mandata mea abſconderis penes te, vt audiat ſapientiam auris tua, inclina cor tuum ad cognoſcendam prudentiam. Si enim ſapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ, ſi quæ ſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei inuenies: quia Dominus dat ſapientiam, & ex ore eius prudentia & ſcientia. 2.

Principium ſapientiæ timor Domini. 9.

Si retuſum fuerit ferrum, & hoc non vt prius; ſed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur, & poſt induſtriam ſequetur ſapientia. *Eccleſ.* 10.

In maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. *Sap.* 1.

Clara eſt, quæ nunquam marceſcit ſapientia; & facile videtur ab his, qui diligunt eam, & inuenitur ab his, qui quærunt illam. Præoccupat, qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe prior oſtendat. 6.

Propter hoc optaui, & datus eſt mihi ſenſus, & inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ. 7.

Cum ſit vna, omnia poteſt, & in ſe permanens, omnia innouat, & per nationes in animas ſanctas ſe transfert. *ibid.*

Omnia ſapientia a Domino eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt ante æuum. *Eccl.* 1.

Fili, concupiſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi. *ibid.*

Si inclinaueris autem tuam, excipies doctrinam, & ſi dilexeris audire, ſapiens eris. 6.

Non erudietur, qui non eſt ſapiens in bono. 21.

Sapientiam ſcribe in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu, ſapientiam percipiet: quia ſapientia replebitur. 38.

Sapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens, & in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conſeruabit, & in verſutias parabolarum ſimul introibit. 39.

Omnia Dominus fecit, & pie agentibus dedit ſapientiam.

Quis aſcendit in cœlum, & accepit in eam & eduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare, & inuenit illam? Non eſt qui poſſit ſcire vias eius. *Bar.* 3.

Sit nomen Domini benedictum à ſeculo, & vſq; in ſeculum, quia ſapientia & fortitudo eius ſunt. *Dan.* 2.

Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. *Matthæi* 11.

Aſtulto deſpicitur.

Sapientiam atq; doctrinam ſtulti deſpiciunt. *Prou.* 1.

Sapientiam & diſciplinam qui abiicit, infelix eſt. *Sap.* 3.

Quam aſpera eſt valde imperitis ſapientia: nullus enim [illegible] perdurat apud eam. *Eccl.* 6.

Non eſt enim populus ſapiens, propterea non miſerebitur eius, qui fecit eum. *Eſa.* 27.

Et populus non intelligens vapulabit. *Oſe.* 4.

A bono exquiritur, quia bene ordinatur ad Deum

Hæc eſt enim veſtra ſapientia & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſa præcepta hæc, dicant: En populus ſapiens & intelligens, gens magna. *Deut.* 4.

Et dixit homini: Ecce timor Domini ipſa eſt ſapientia: & recedere à malo intelligentia. *Iob.* 28.

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ. *Prou.* 3.

Sapiens timet, & declinat à malo. 14.

Neminem diligit Deus, niſi eum, qui cum ſapientia inhabitat. Eſt enim hæc ſpecioſior ſole. *Sap.* 7.

Initium ſapientiæ timor Domini. *Pſalm.* 110.

Radix ſapientiæ eſt timere Deum, & rami illius longæui. *Eccleſ.* 1.

Sapientia & diſciplina, timor Domini. *ibid.*

Beatus vir, qui in ſapientia morabitur. *ibid.*

Et non eſt ſapientia, nequitiæ diſciplina: & non eſt cogitatus [illegible] nus, peccatorum prudentia. 14. 19.

Conſummatio timoris Dei ſapientia & ſenſus. 21.

Sapiens non odit mandata & iuſtitia. 33.

Cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conſpectu Altiſſimi deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, ſpiritu intelligentiæ replebit illum, & in oratione confitebitur Domino. 39.

Videte fratres, quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes [illegible]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN